



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**P. Virgilio Maronis Aliorumque Poetarum Opuscula, Sive
Lvsvs**

Vergilius Maro, Publius

Antverpiae, 1566

De Imagine In Vnda Disticha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69268)

Abstulit Hyppolyta sexto sua vincula victa.
Septimus Angia stabulum labor egerit undis.
Octauo domuit magno luctamine Taurum,
Tum Diomedis equos nono cum Rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit. 5
Vndecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea mala.

De Musarum inuentis.

Cleo gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mesta boatu. 10
Comica lasciuo gaudet sermone Thaleia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris Heroica mandat. 15
Uranie cali motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu: loquitur Polymneia gestu.
Mentis Apollinea vis has mouet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

De eisdem prorsu oratione.

Clio Historias inuenit, Melpomene Tragœdias,
Thaleia Comœdias, Euterpe Tibias, Terpsichore
Psalterium, Erato Geometriam, Calliope Litteras,
Urania Astrologiam, Polymneia Rhetoricam. 25

DE IMAGINE IN VNDA

DISTICHA.

Redditur effigies liquida spectantis in vnda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe. 30

Formam
 Obiecti qualis
 videtur.

* Formas pura refert oculis spectantibus vnda:
 * Obiecto quales speculi fulgore * videntur.

Fontis

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia verum:
Qualia laeue refert speculi cum cernimus aequor.

Exprimit oppositas immobilis vnda figuras:
5 Lauati qualeis speculi nitor ipse remittit.

Apparet mendax illi mi fonte figura:
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
10 Ac veluti speculum nitido splendore coruscant.

Spectantis faciem mundissimus assimilat fons:
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum:
15 Qualeis purifico speculorum ex orbe reducit.

Fontibus in liquidis simplex generatur imago:
Ut solet à speculo facies splendente referri.

20 Effigies liquido respondet ab aequore fontis:
Qualis & à speculo simulatrix umbra resultat.

Effingit species purissimus humor aquarum:
Plana velut speculi vinas imitantia formas.

25 Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceui laui in speculo solet apparere figura.

DE AMNE GLACIE CON-
CRETO DISTICHA.

30 Quà ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur:
Postquam tristis hiems frigore vinxit aquas.

Susti-